



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 173. Synodus Diöcesana Culmensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

mentum Pœnitentiæ jejunii verni tem- Sæc. XVII.
 pore examinent, & si quos minus ido- A. C. 1605.
 neos repperint, eis confessiones exci-
 piendi facultatem auferant. Salubri-
 ter quoque tollitur abusus, quo bona
 ad Ecclesiæ fabricam destinata ad va-
 rios usus & commessationes præsertim
 tempore rogationum & publicarum
 supplicationum consumebantur, pari-
 terque statutum, ut fabricæ rationes a
 Syndicis *Ecclesiasticis* coram Episcopi
 Vicario seu Decano aut loci Parocho e-
 tiam cum interventu Magistratus sæcu-
 laris, si id necessitas postulaverit, an-
 nue ineantur. Denique enumerantur
 jejunii dies ac festa ex præcepto ferian-
 da, circa quæ sub anathematis pœna
 Laicis potestas arrogata inhibetur con-
 cedendi licentiam opera servilia in die-
 bus festis exercendi, quæ tamen facul-
 tas Parochis asseritur.

§. CLXXIII.

Synodus Diœcesana Culmensis.

Non minus celebrem Synodum ad vi- Concil. Germ.
 gesimam primam Junii Laurentius D. Schanat
 Gembickius Culmæ Polonicæ seu su- tom. 8.
 perioris Boruffiæ Metropoli die decima
 quarta Maji indixerat, convocatis ad
 eam Clericis tam ex Culmensi, quam
 Pomesaniensi Diœcesi, quæ posterior
 jam

Sæc. XVII. jam dudum Culmensi unita fuerat. Per
 A. C. 1605. stituta igitur die Episcopus solemnem
 rem Sacram peragebat, habito p
 modum ad Clerum sermone, in quo
 Viros eruditione ac probitate in
 dilaudabat, acriter vero invehebatur
 ceteros officii sui ignaros, otio torp
 tes, luxu diffluentes, suaque lucra
 non animarum salutem procurantes.
 His præmissis varia condebantur decre
 ta, atque inter cetera sancitum, ut Sa
 cerdotes, si quando in disputatione
 cum hæreticis descendendum sit, ut
 caute & sobrie in locis idoneis, & non
 in commestationibus faciant, atque
 jurgiis & contentionibus omnino abste
 neant. Parochis quoque ceterisque
 prohibitum, ne ad commestationes in
 Patrociniis vel Ecclesiarum Dedicatio
 nibus conveniant. Quoniam vero in
 terdum quidam Religiosi ad oppida &
 civitates, ad mercatus aliquasque so
 lemnitates accurrere, stipem colligere,
 victumque aliis Religiosis præcipere
 comperti essent, hinc præceptum, ut
 Parochi ab eis testimonium Superio
 rum exquirant, & si cum offensione po
 puli se gesserint, eos vel carceribus coar
 ceant, vel ex oppidis ejici curent.
 Præterea Neo-Mystris indicta suspensio
 nis pœna prohibitum, ne hunc in fi
 nem stipem colligant, aut convivia
 stituant.

stituant: denique actum de continuanda fabrica Seminarii pro Clericis & Nofocomii pro Sacerdotibus senio confectis aut ad Ecclesiae ministeria incapabilibus.

Saec. XVII.
A. C. 1605.

§. CLXXIV.

Synodus Archidiaecesana Pragensis.

Denique ad Ecclesiae Bohemae disciplinam utilissima juxta ac celeberrima habebatur Synodus Nationalis, qualis a tempore Ernesti I. Archiepiscopi Pragensis, qui ante Zifskanas turbas seu ante ducentos & complures annos hanc rexerat Ecclesiam, celebrata non fuit, Archiepiscopis aut bello aut praematura morte praepeditis. Hanc vero hoc anno Sbigneus Archiepiscopus ad diem vigesimam octavam Septembris edixit, ac triduum protraxit. Scopus primarius, quo Sacri Concilii mens & conatus collimabat, erat Cleri reformatio, atque integritas Romanae fidei procuranda: Jam anno priori Clemens Octavus Papa die decima quarta Octobris Sbigneum datis literis hortabatur, ut postpositis ceteris curis Synodum proxime indiceret, eo quod haeresum pestis tam longe lateque progressa esset, atque Ecclesiasticorum corrupti & depravati mores adeo ibi excrevissent, ut
nulla

Schanat.
ibid.